

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6814

**Autre(s) référence(s) :** Round 1154

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Guérin, Tours, Saint-Julien (abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1159

**Lieu d'émission :** Tours

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Accord ménagé par Henri II entre Guérin, abbé de Saint-Julien de Tours, et Robert, abbé de la Trinité de Vendôme, au sujet des chapelles de la Châtre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXXIX, t. 1, p. 234-236.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1154.

## Dissertation critique

« Le pape Adrien IV, nommé à la fin de cette pièce, est mort le 1er septembre 1159 » : datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

Actus hominum transeunt in momento, et omnia delet antiquitas, ideoque quod tenaciter volumus observari litterarum notici# commendavimus. Notum sit igitur tam futuris quam presentibus quod, cum super capellis de Carcere, Sanct# Mari# scilicet et Sancti Vincencii et Beati Nicholai, inter abbas Sancti scilicet Juliani Turon[ensis] et Sanct# Trinitatis Vindocinensis questio agitata diucius extitisset, dominus Henricus, rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, utriusque abbaci# utilitati cupiens providere, ut diutine liti finem imponeret, in capella sua Turonus (sic) me Garinum abbatem Sancti Juliani et Robertum Vindocinensem abbatem vocavit, ibique rationibus utriusque partis diligenter exquisitis et inspectis, consilio ipsius domini regis Anglorum, et episcoporum qui cum eo erant, Philippi scilicet Baiocensis, Ernulfi Lexoviensis, Rotroci Ebroicensis, et religiosarum personarum Philippi abbatis Elemosine, et Fulconis de Laureorio abbatis, et baronum Roberti de Novo Burgo Normannie senescalli, et Gosl[eni] Andeg[avensis] senescalli, et Ugonis de Sancta Maura,

et Hugonis de Cleeriis, et Brienn. de Martin., et aliorum plurium virorum sapientum, inter nos abbates et abbas nostras facta est pax in hunc modum, quod Robertus, abbas Vindocinensis, et ejus abbas prenominate capellas de Carcere sine reclamacione et absque contradicione aliqua et omnino quiete de cetero possideret. Fuit insuper et statutum quod ego Garinus abbas Sancti Juliani et Robertus abbas Vindocinensis in capitulo Beati Juliani conveniremus, ut prefata pax ibidem cum assensu tocius capituli firmaretur. Convenimus itaque nos abbates ; venit et Hugo de Cleeriis loco domini regis Anglorum, et ibi iterum pax formata est, universo capitulo nostro consensiente et annuente, et concessimus omnes, tam ego Garinus abbas Sancti Juliani quam monachi [mei, quod] in capellis pretaxatis nichil amplius clamaremus, testibus his qui prefate compositioni ex parte nostra interfuerunt : ego Garinus abbas Sancti Juliani, Philippus prior, [Petrus] Sirot, Guido Brito, Teobaldus Gilonis, Symon de Carcere, Bernardus Crevans terram, Girbertus elemosinarius, Guillelmus Tipes, Guillelmus Herbute, Robinus cantor, Matheus de Marsun, He[r]veus succentor, Gauterius de Chedun, Lambertus de Carnot[o], Gosbertus cellerarius, Robinus Parvus, Guillelmus de Bruil (?), Guido, Andreas, Philippus Juvenis, Vallinulus, Harduinus, Stephanus Tortus. Ex parte vero abbacie Vindocinensis : ipse Robertus abbas Vindocinensis, Petrus Daniel, Guillelmus Mesnil, sui monachi, et clerici isti : Bartholomeus decanus Beati Mauricii Turonensis, Gillebertus cantor, Goslenus cellerarius, Bartholomeus prepositus de Sodobr., magister Philippus, magister Garnerius, Frodo de Sancto Antonio, Albericus nepos cellerarii, Matheus de Sancta Maura, magister Rainardus, Theobaldus. Laici vero hi : Algerus Faciens malum, Johannes Lemoz., Odo Mainer[ii], Ernaldus de Asneriis, Burcardus de Comis, Salomon frater ejus, Sirotus. Ex utraque parte, Hugo de Cleeriis, missus a domino rege Anglorum, et cum eo Maletus de Rupibus, Andreas de Taxin.. Ut autem pax ista firma et illibata perpetuis in temporibus permaneret, sigillum nostrum presenti pagine apposuimus. Pace autem sic formata et firmata, carta ista in capitulo Sancti Juliani recitata est, universo capitulo audiente et annuente. Hujus recitationis testes sunt : ego Garinus abbas et capitulum nostrum, et Robertus abbas, Bartholomeus decanus et Goslenus cellerarius, magist[er] Philippus, Garnerius, Ugo Peloquin, Frodo, Albericus, Teobaldus, can[onici] Beati Mauricii. Actum est anno ab incarnatione Domini M°C°L°IX°, presidente Romano pontifice Adriano III°, regnantibus Ludovico rege Francorum, et Henrico rege Anglorum et duce Normannorum et Aquitanorum et comite Andegavorum, Joscio Turonensi metropolitano, Guillelmo Cenomannensi episcopo.